



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

30. In festo Concept. B. V. De immaculata eius conceptione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

S IN
c fugens
sextis feri
n vbera mo
rietary do
us in Ecc
enim iei
tenuit. Se
edit. idq
ulo, à cam
Lectione
z. Consid
e, quam lu
nis assue
llorum,
n quia p
'enim no
ata sapit,
us vefiu
gi exempla
ratlxit, in
tatis ardi
in domi
in opia, &
robrium,
is coacta
ete, susto
uperibus
il. o, p
v. d.
us

FESTA TOTIVS ANNI 218

nia, & labore nunquam defuit, nihil sibi
reservans nisi viræ necessaria, & supellecti-
lem opportunam. Imò adolescens adhuc,
facultates omnes in pauperes erogauit.
Deinde fuit lucerna ardens ratione humi-
litatis singularis. Nam ideo noctu aurum
in alienam domum iniecit, ut opus tam
præstans omnibus ignotum maneret. Ad-
huc, tatione religionis & devotionis si-
gularis. Nam Hierosolymā causa visendo-
rū locorū sacrorū peregrinatus est Primus
in templum orandi causa se cōferebat, po-
stremus exibat, eoq; iudicio Myreæ in Ly-
cia ab Episcopis cōgregatis electus est Epi-
scopus, cum diuinitus moniti essent eligē-
dum eum, qui primus templū mane iniret.

Vide Meditat. in festo S. Martini.

IN FESTO CONCEPTIO- 8.DOC NIS B. V. MARIAE.

De immaculata eius conceptione.

CONSIDERA, quomodo B. Virgo ante
constitutionem mundi à Deo electa
fuerit, & prædestinata, vt esset Dei ma-
ter, & tam excellenti puritate niteret,
quanta nulla ante ipsam creatura nitui-
set, aliisque innumeris dotibus ornare-
tur, quæ variis vaticiniis, in veteri lege

O 2 suis



212 MEDITATIONES IN

sunt præmonstratæ, ut intelligeremus con-
super omnes alios sanctos colendam &
eam in omnibus necessitatibus corporal-
bus & spiritualibus refugiendum. 2. Con-
sidera si hæc ab æterno de ea facta & dicta
sint, eo quod in utero filium Dei esset de-
portatura, quanta puritate, quibus virtu-
tum dotibus & nos ornati esse debeamus
qui eundem Dei filium in sanctissimo sa-
cramento toties realiter in ore & utero re-
cipimus, immo quotidie, si sacerdotes sumus
manibus tractamus.

¶ Considera, cur parentes B. Virginis Io-
achim & Annam licet iustos tamen per-
serit esse pauperes & steriles, ac ideo co-
ram mundo contemptos. Nempe, qui
conueniebat nihil cum mundo commer-
cii habere eos, ex quibus nasci debebatur
virgo cuius fructus futurus esset ipse Ma-
gister & Doctor paupertatis, humilitatis
& contemptus sui. Sic enim radix germini
& fructus arbori respondit. 2. considera,
quanto gaudio hac conceptione affecti sunt
angeli in cœlo, Patres sancti in lymbo, pa-
rentes B. Virginis Joachim & Anna; intel-
lexerunt enim hoc ipso spem iniectam breui
restituendas angelorum in cœlesti Hieru-
salem ruinas, & totius humani generis li-
bera-

S IN
eremus can
endam &
s corporali
um . 2. Con
a etia & dicit
Dei esset de
uibus virtute
debeamus
ctissimo li
e & vteron
dotes simu

FESTA TOTIVS ANNI. 213

berationem à tyranni dæmonis, & peccati
seruitute secuturam.

Considera, conceptionem fuisse singu-
larem & nunquam à cōdito mundo auditā
nempe omnis peccati etiam originalis ex-
periem. Si enim B. Virgo concepta fuisse
in peccato, aliquando serua fuisse diabo-
li, & rea æternæ damnationis: Quis autem
credat filium Dei putissimum, in cuius po-
testate erat eligere & condere matrem,
qualem vellit, voluisse concipi à matre, q
aliquando dæmoni infestissimo suo hosti
fuisse subiecta? 2. considera, ideo ab Ec-
clesia sancta hanc conceptionem B. Virg.
solemniter celebrari: atque ut pluris me-
ritum passionis Christi faciamus. Meruit
enim Christus, ut mater sua contra cursū
ordinarium humanarum generationum,
sine peccato conciperetur, ac ut nos indies
maiori puritati operam daremus, & per
trebras confessiones aliaque præsidia qua-
dantibus eius puritatem imitaremur.

IN FESTO S. THOMÆ 21. Dic.
APOSTOLI.

Vide meditationem in 8. Paschæ.

O 3

D 4